



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **D. A. Tractatus De Privilegiis Ecclesiae**

**Zanchi, Lelio**

**Veronae, M. D. LXXXVI.**

D. A. Beatissime Pater.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61627](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61627)



D. A.

BEATISSIME PATER.



*V*NS omnium finis est mors  
 Et tamen nemo cogitat, ne-  
 que res suas perituras, ne-  
 que se ipsum denique mori-  
 turum, vigilat quisque, ut  
 diuitias congerat, ut castra  
 adificet, ut ad dignitatis cul-  
 mem ascendat, sed quorsum hac; ut eius progenies  
 privilegijs, et prerogatiuis (ex questu aliquando tur-  
 pi) gaudeat dum ipse acerrimis penis igne cruciatur  
 adeo quod duo natura humana amplectitur, quo-  
 rum unum est ambitio, a qua vana nascuntur,  
 aliud est auaritia a qua praua gignuntur, neque in  
 hac neque in illa, quicquam est boni, sed omnium ma-  
 lorum quaedam congeries innutritur, nihilominus,  
 his non consideratis, sed ab anima, animoque peni-  
 tus reiectis, unusquisque varijs artibus se se diligen-  
 ti studio prabet, diuitijs, Et honoribus ducibus, def-  
 fixos oculos continuo in terram habens, et nunquam

ambitio a 2 Caelum

Cælum prospiciens, futuros euentus minime consideras, cupidit atibus Solis immersus, hoc unum igitur dicam auribus dignum, & magis re animaduertendum, in hac Republ. Christiana neminem esse, qui alijs in arte, quam profitetur præesse, & excellere non studeat. I deo in humana religio nostra est, omnes nos ob innumerabilia beneficia Deo deuincti sumus, tamen nullus sub hac religionis ditione proficitur, qui victoriam hanc cupiat Christum amore prosequendo, & eius exempla immitando, omnibus præesse omnesque excellere, immo in tam breui vita temporis spacio, quod minus est, cogitat, et quod maius est quodam quasi lumine, orbatu intellectu omittit. tali enim chypeo tegitur, quod suadere facile ita sit, prout difficile retinere consilium, dum hæc in tam periculoso anfractu ipse mecum cogito, huiuscemodi priuilegia compilare decreui, & ea B. V. uti omnium priuilegiorum capiti dedicata offerre, ut me saltem pro aliquo ministerio præstando Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cupidum videat, quod in me est, ad gloriam Dei libenter dono, qui captis tuis faueat, & ad felicem metam ducat. Vale.

Verona. Die Lunæ xx. Mensis Octobris.  
M. D. LXX XVI.

Humilimus Seruus.

Lælius Zanchus.